

rum sexaginta librarum cere; pro cereo pascali prefato. de pecunia Curie emendarum per Inquisitionem exinde faciendam, cui Interesse non possumus aliis Curie servi-
tiis occupati Inquisitionem ipsam vobis de quo in hac parte confidimus duxerimus pro parte Curie fiducialiter commictendum; mandantes vobis ex Regia parte, commissa nobis auctoritate, quatinus adhibito vobis testimonio pu-
plico si notorium est quod tam ipsi archipresbiter et Ca-
pitulum quam predecessores eorum quartam partem de-
cime baiulationis dohane et aliorum veterum Iurium Curie in Barolo Tarenos auri quindecim ponderis generalis de veteri buccharia ipsius terre et libras de cera sexaginta pro dicto pascali cereo. emendas de petitione Curie a pre-
dictorum Catholicorum Regum Sicilie temporibus usque per totum annum quinte Indictionis. ratione ipsius maioris. barolitane ecclesie annis singulis consueverunt a Curia percipere et habere per homines fide dignos. huius rei con-
socios per quos melius exinde veritas possunt Indagari. Recepto primo ab ipsorum quolibet de veritate dicenda corporali ac debito de Santa dei evangelia Iuramento di-
lignantissime Inquiratis querentes ab eis de causa scientie. loco et tempore et aliis circumstantiis diligenter. Quam Inquisitionem in publicam formam redactam nobis ad Curiam mictere procuretis. ut visis et plenius discussis mentis Inquisitionis ipsius ad exequotionem dicti Capituli contentis in dictis licteris commissionis nostre super nego-
tio decimarum informati cautius procedere valeamus; pro-
viso attenctius ne aliquid contra quod Inde inveneritis et scripseritis per alium valeat ullo unquam tempore inveniri. cum Inde vobis totaliter Incumbamus. Datum Baroli. Quin-
to decimo Madii sexte Indictionis. Ad quarum licterarum exequotionem. dictus Iudex Matheus cupiens procedere tam debite quam devote nos pro parte requisivit ut in exequacione licterarum ipsarum sibi assistere deberemus. visuri et audiri Imquisicionem quam exinde in nostro te-